1420. 7/3. Ex Arch. Calvi Montis

58

Nos Petrus de Sarkow Judex et Zonissius Subjudex de Olestnicza Terre
Sandomiriens. Generales. Recognoscimus Universis quibus expedit literis
perpetuam quia Veniens Nobilis Andreas de Mielojewice Heres ad
nostram nostrorumq. Assessorum presentiam personaliter de bona
ipsius voluntate libere recognovit publice vendidisse et in perpetuu
resignasse tres partes Villae dictae Mielojewicze cum omni jure et
Dominio prout solus tenuit et possedit nec non cum omnibus
et singulis utilitatibus, censibus fructibus, reditibus, obventionib.
et cum attinentijs quibus cumq. dicentur nominibus nihil juris aut
proprietatis ibidem pro se vel consanguineis suis penitus exci
piendo pro Quadringentis Marcis mediorum grossorum numeri Po
lonicalis consveti Nobili Stanislao de Zernili Heredi ipsius Uxori
ac legitimis successoribus, ita tamen quia idem Stanislaus suisq.
Posteris dictas tres partes Villae memoratae sic ut permittitur tenebit
habebit et in perpetuum possidebit pacifice et quiete pro quibus
autem partibus dictae Hereditatis idem Andreas debet ipsum
intercedere a qualibet persona juxta juris Terrestris Consvetudinem
Harum quibus in testimonium nostra presentibus sigilla sunt
appensa Datt in Opatow Feria quinta post Dominicam Remini
scere, Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Vicesimo presen
tibus his testibus Rafaele de Tomowice Joanne Radomiens. Castellano
Mirzonone de Millow Jacussio de ibidem Joanne de Janowice
Sancitio de Thijnjowice Heredibus et alijs multis fide dignis.